



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Quibus modis venefici hominibus noceant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

& detestabili maleficio, seu scelere. Eadem appellatione mulieres & viros omnes, qui se dæmonum ministerijs dedunt, eorumque iussu, ope, & circumuentione mala, necesse, morbos, imbres, tempestates, aliaque talia perniciose inferunt, contineri, palam est. *Horum omnium ratio est illa, inquit S. Cyprianus, qua fallit, & decipit, & prestigijs cecantibus veritatem, stultum & prodigum vulgus inducit. Spiritus insinceri, & vagi, qui, postquam terrenis vitijs immersi sunt, & a vigore caelesti terreno contagio recesserunt, non desinant perditum perdere, & deprauati errorem prauitatis infundero.* Non contenti sunt ergo mali spiritus, vt ministros suos in præceptis agant & perdant, sed per illos etiam, quæ possunt, conantur alios perdere.

Nocent autem venefici aliquando vero veneno; aliquando acu in infantis cerebrum impressa; sæpissimè autem irrita & inani arte, in qua vis nulla, sed tantum quædam umbra veritatis. Nam ad signa quædam inefficacia ex se, dæmon operatur ea, quæ magi destinauerunt: vt quando malefici sagittarij, die sacrosancto feriæ sextæ passionis Dominicæ, in crucifixum tela, aut glandes plumbeas è sclopis mittunt eo pacto, vt quoties crucifixum attigerint, toties ineuitabili nece possint aliquem trajicere, diabolo telum, vel globum deferente. Septem modis maleficos generatim nocere posse tradit Ioannes Nider, sed quis est, qui possit omnes nocendi modos enumerare? Hunc amore, illum odio ad insaniam adigunt. Alium impediunt, ne possit prolem generare; alium prole generata per abortum, vel morbum, priuant. Quoties infantes nondum baptizatos occidunt? quoties maleficæ obstetrices vix natam sobolem dæmonibus consecrant? Sunt qui ipsos infantes vorant. Sunt, qui putent, lacertam sub limine ostij positam, hominum & bestiarum foeturam impedire, eaque sublata restituere. Denique, quam vim habeant morbos mortalesque procurandi, & multa, & admiranda ostendunt exempla, quorum aliqua huc exscribere iuuabit, ad horum detestationem cæcis mentibus iniiciendam. Nec enim sufficiunt, quæ superiore capite attulimus ad dæmonis malitiam declarandam.

Vt autem de maleficio ligaminis longè frequentissimo ni-

Z z hil di-

lef. & mathé.  
I 9. Cod. lu-  
fin. tit. 18.

S. Cyprian. de  
Idol. yanit.

III.

Sprenger.  
loc. cit. c. 16.

IV.